

bentur, census exigere nequeunt absque aliquo legitimo, verique nominis titulo, cuiusmodi esset damnus emergens, lucrum cessans, aut societas, quippe cum ita expressis verbis sanxerint Concilia complura, quae horrorem, quo usura peccatum Ecclesia prosequitur, nulla ratione melius significare poterunt, quam eo damnato in hac facti specie, quae adeo favorabilis esse videtur, ut ex Conciliis (a) Mediolanensi primo, & Meclinenfi licet intelligi.

Quia Tutor ad solvendo census semper Judicis sententia damnatur, nisi sui Pupilli pecuniam impenderit, aut eas saniori dare non possit; debet ita se gerere, si forte pecuniam utiliter impendendi occasione nata non fuerit. Cavere debuit, quantum opus fuit, sollicitum se praestare, & Virorum, quos auctores adhibere debuit, atque affinium consilium producere, ut apparet pecunias adhuc existere, & impendi hactenus non potuisse; fecus enim tenebitur census solvere, quia iure ipse praesumitur Pupilli sui pecuniam in usum proprium convertisse, quam praesumptionem effugere nequit, nisi eiusmodi pecuniam impenderit aliquo emendo fundo, vel societate cum aliquo Mercatore incedendo, vel denique aliquo redditu constituto. Hac quidem ratione a pecuniae Pupillarum solvendo censibus immunitas erit. Aut enim pecunia hac penes Debitores est, cum ille Tutelam init, aut non est; si est, Tutor ejusdem pecuniam impendenda vendam, & sinceram voluntatem habere debet, ut supra dictum est, & hanc voluntatem exequi, si Debitores solverint; eosque ad id tenetur adigere; quod si non solvant, aderit hoc in casu lucrum cessans, & proinde iustus titulus percipiendi census ex Debitoribus.

Verum quidem est credi posse licere Tutoribus ex Pupillarum pecunia census percipere ratione damni emergentis, quoniam semper tenentur ipsi in Pupillarum utilitatem de suo hunc censum solvere, atque ita hujus mutui causa verum damnus sentiant, sed hac excusatio Tutores in tuto non ponit, nisi hujus Pupillarum pecuniam in usum licitum conferenda tunc ipsis praesens occasio praesto fuerit; ut enim hoc damnus emergens iusti tituli loco sit, ex mutuo derivetur, necesse est, & non ex aliis casibus, cuiusmodi est Tutela, quae quidem hoc loco damni Tutoris vera origo est, & non mutuum, quandoquidem licet Tutor cum pecuniam mutuum non dedisset, nihilominus eiusmodi incommodum pareretur.

Exiit tamen contraria consuetudo instituta in Jurisdictione Senatus Britanniae Minoris, ubi Tutores ex pecuniis Pupillaribus lucrum percipiunt; & hic quidem Senatus, atque alia Provincia Tribunalia praxim hanc sua auctoritate confirmant; id, quod inter Presbyteros Seminariorum de Quimpercentum, & nonnullos Religiosos gravia litigia excitavit; contententibus illis cum consuetudine usurariam esse; his e converso asserentibus eiusmodi praxim vituperandam non esse, atque in hac facti specie posse Tutoribus ad bonum publicum humana auctoritate tribui census, quos ex Pupillaribus pecuniis percipiunt. In hac difficultate versatur casus insequens, in quo proponuntur utrorumque rationes, & Sorbonicorum Doctorum decisio.

Vide (USURA.

C A S U S.

Pecuniae Pupillaris census.

- 1. Pupillarem pecuniam saniori dari non licet.
2. Cum usura suapte natura mala sit, & naturalis, divinique jure prohibita, nulla vel lege, vel consuetudine firmari potest.
3. Confusio rationum, qua in Minore Britannia asseruntur ad excusandos Tutores, qui Pupillarum suorum pecuniam saniori dant.
4. Quomodo in casu pro dati mutui periculo compensatio accipi possit.

Q U A E S I T U M.

IN Britannia Minore Tutores mutuum dant Pupillarum pecuniam cum pura, & simplici obligatione, censum stipulantes. Mos hic jampridem institutus est, & abiit in Consuetudinem quamdam, quae Provincialis Senatus nonnullis Rescriptis confirmata vim Legis habere videtur. Non impendunt eiusmodi pecuniam in redditum, aliorumve fundorum emptione; sive quia ipsi praedes existerent, sive quia Pupilli majores facti possent ab ipsis eandem cum censu pecuniam reperere.

Eorum sententia, qui docent, aut dirigant Fidelium animos in hac Provincia, super eiusmodi consuetudine bifariam sectae sunt; aliis eam tanquam usurariam damnantibus, aliis timentibus, & probantibus.

Hi quidem opinionem suam confirmant momentis hinc. I. Pro certo ponunt in omnia privatorum bona Rempublicam absolutam, & supremam potestate gaudere; quo posito condant a Republica donari census, quos in Pupillarum favorem Tutores percipiunt. Constat id, inquam, ex consuetudine, qua in Provincia jampridem instituta, & Rescriptis firmata est; ex quo sequitur, eorum sententia, non quidem vi mutui, sed vi donationis, quam Republica Pupillis tribuit, census, de quibus agitur, a Tutoribus percipi.

II. Confirmant, quod ajunt: I. exemplo juris, quod oritur ex praescriptione. II. jure eo, quod Lex tribuit genero, exigendi census ex Conjugis dote, cum Socer non solvit. III. jure Domini, qui subdito mutuum largitus, recipit ejus feudum pignoris loco, & redditum percipere potest, mutua

(a) Concil. Mediolan. I. cap. de usuris; Congl. Meclip. Tir. de usuris.

summa forte integra remanente. IV. partitionibus inaequalibus inter Viros nobiles Britannas. Concludunt ex hujusmodi exemplis, quemadmodum Lex permittit praescriptionem, partitiones inaequales Virorum nobilium, census Generi, & Domini: ita & Tutoribus licere ex suorum Pupillarum Pecunia census percipere vi consuetudinis in Britannia Minore instituta, & Rescriptis confirmata; quae horum censuum dominium in Pupillos transtert.

III. Ut hoc principium in meliori lumine collocent, illud pro certo ponunt Tutores in hac facti specie vere, ac proprie mutuum non dare, sed eos, qui Pupillarum pecuniam mutuam, illicitos esse a Republica tanquam Subtutores, quibus illa Pupillarem pecuniam fructuosam reddendi obligationem imponit.

IV. Consuetudo haec eo magis videtur rationi consona, quod in Britannia non alia videtur Tutoribus praesto esse ratio percipiendi census ex suorum Pupillarum pecunia. Non possunt fundos emere; I. quia praedes ipsi se constitutere deberent, id, quod iidem damnus quoddam emergens ingereret. II. quia Pupilli majores facti eos adigerent ad restituendam in specie pecuniam sibi conceditam. Neque magis lucrum percipere possunt ex eisdem pecuniis in commercio collatis. I. quia id Tutores upote viros nobiles nequaquam decet. II. quia grave discrimen adest, ipsique impenderet extremum exitium, si Pupillarum pecunia periret.

Quod si objiciantur iteratae decisiones Doctorum Theologorum Facultatis Parisiensis, qui consuetudinem hanc, tanquam usurariam non semel damnant, respondent Doctores, hos non satis id percipisse, quod in Minore Britannia fieri consuevit, & ad id animum retulisse, quod in aliis Provinciis fit, ubi convocatis Minorum affibus, impenduntur eorum consilio Pecuniae Pupillares, emptis aliquibus fundis, aut reddito constituto. Hoc posito rogantur Sorbonae Doctores, ut definiant, an liceat Britannis Tutoribus stipulari, atque ex Pupillarum suorum pecunia lucrum percipere, qua ratione declaratum est, & an verum sit, eos, qui hanc pecuniam mutantur, spectandos esse tanquam Subtutores ad lucrum ex eadem pecunia percipiendum a Republica institutos, ita ut Tutores census hos non percipiunt ratione mutui, sed ratione legis, non quidem scriptae, ac vi consuetudinis, legis vim habentis, usque confirmatae per supremam Curiam Aemoricam placita.

Queritur etiam, an ex mutuo lucrum percipi possit ratione periculi, & quomodo respondendum sit ad id, quod haec in re

in re tradit Lateranense Concilium sub Leone X. & ad definitionem Congregationis Romae, quae ad quorundam Missionariorum consultationem, an nempe Chineses recens conversi lucrum periculi causa perceptum restituere cogendi essent, Respondit non esse inquirendum.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiae subscriptum existimat Tutorem non posse saniori dare suorum Pupillarum pecuniam, obligatione pura, & simplici, quia eiusmodi quaestus spectandus est tanquam lucrum ex mutuo perceptum, quod est usurarium, ac proinde prohibendum. Ratio est, quia nulla praesto est consuetudo, aut humana Lex, quae lucrum, quod suapte natura malum est, legitimum reddere possit. Ad hujus propositionis veritatem cumulatissime cognoscendam, haec pro certis habenda sunt.

I. Pecuniam obligatione traditam cum libertate ejus, quando liberet, repetenda, veri nominis mutuum esse; unde propterea, generatim loquendo, census absque usura exigi nequit.

II. Usuram ipsam per se malam, & naturalem ac divino jure prohibitam esse; est haec Theologorum communis opinio post D. Thomam (a) in Summa.

III. Nullum existere publicum bonum, quod efficere possit, ut census usurarius evadat legitimus; exempli gratia bonum publici commercii; quod Status columen est, eundemque locupletat, non est satis justa ratio mutuum dandi cum tenore; ita statuitur rotundis verbis art. 202. Statuum Blesensium; ita neque unquam licet cum tenore mutuum dare, ut adfit, unde pauperibus egestate praestis auxilium feratur, vel unde captivi redimantur, licet haec duo res sint Religioni maxime favorabiles (b).

IV. Nulla est in terris potestas, ne Pontificia quidem, inquit Alexander (c) III. quae valeat haec emolumenta legitima reddere, & quod inde consequitur, in Legge, quae usuram prohibet, dispensare. Pontifex, inquit Pirrhingus (d), in rebus suapte natura malis, & divinae Legi repugnantibus dispensare non potest.

V. Tituli legitimi, quorum vi lucrum ex pecunia mutua fere accipi potest, communi Theologorum sententia rediguntur ad hos duos, nempe ad lucrum cessans, scilicet emolumentum, quod in prompta erat, nec tamen perceptum est, ut mutuario gratum fuerit; & damnus emogens, scilicet incommodum, quod toleratur ratione mutui; necesse est enim, ut mutuatoris ejusmodi damni, quod perferret, aut lucri, quod amitteret, causa sit.

VI. Adstant Concilia (e), & Constitutiones, super hoc ipso Tutorum negotio, quae prohibent, ne cum saniore Pupillares pecuniae mutuae dentur.

Docet id diversis verbis Mediolanensis prima Synodus, vetans, ne quid lucri ex Pupillaribus, Dotalibusve pecuniis, aut ex ullo mutuo exigatur, nisi quatenus id jure nominatim permittitur; quod eam respicit facti speciem, in qua gener legitime exigere potest uxorie Dotis censum, quem ei socer non solvit. Quomobrem ad laudati articuli marginem hujus Concilii Collectores citantur Caput Subscriptor de usura, in quo casus hic nominatim excipitur. Quod spectat ad Pupillares Pecunias, quos Concilium cum Dotalibus copulat, non possunt ex censum reddere nisi in alterutro casuum, de quibus num. 5. motu dictum est.

(a) 2. 2. quaest. 78.

(b) Brodeau in Lovet v. lucrum citat. pag. 705. Rescripta Senatus Parisiensis ann. 1598. &c. quae pecuniarum pupillarum lucra prohibent.

(c) Alexander III. cap. super eo de usuris super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus.

(d) Pirrhingus l. 5. t. 19. sect. 1. §. 3. num. 16. de usur. Quia Papa non potest dispensare contra prohibitionem juris divini, & naturalis, & in iis, quae secundum se, & ex objecto suo mala sunt.

(e) Concil. Mediol. I. tit. de usur. num. 2. ex mutuo vel depositum etiam apud Judaeum factis nihil praeter forem a quovis homine percipi ex convento vel principaliter sperari potest; tamen percipere ipse den pupillarum, aut Viduarum, aut locorum piorum, vel etiam dotalis, nisi quatenus id jure permittitur.

(f) Caballut. notit. jur. Eccles. fol. Quoniam usura jure divino, & canonico omnibus Christianis sub poena peccati mortalis interdicitur, neque scienda sunt mala, ut evitentur bona; Synodus statuit, & ordinavit ne quis Tutor aut Curator sub praetextu augendi patrimonii Pupillarum singulis annis ultra forem recipiendi mutuo det, retenta facultate repetende sortis, declarando hujusmodi contractus usurarios, & contra, ut praemittitur, mutuantes tanquam usurarios ad poenas juris procedendum.

(g) Curandum, ne quid ex mutuo, vel depositis etiam apud Judaeum factis, aliquid praeter forem a quovis homine percipi ex convento, vel principaliter sperari possit, tamen percipere nisi Pupillarum, aut Viduarum, aut Viduarum, omnes enim, qui audire tenentur illud Christi: mutuum dare, nihil inde sperantes.

Articulo 102. Constitutionum Aurelianensium ann. 1660. declaratur, Tutores & Curatores ex consanguineorum consilio Pupillarum pecuniam in redditus aut hereditates conferre debere. Facilius quidem ac Minoribus utilius fuisse a Tutoribus eorum pecunias cum tenore mutuas dari; verum ex hac Constitutione liquet Reipublica visum esse id non licere.

Meclinense Concilium ann. 1570. celebratum titulo de usura, referente Caballutio (f), concludit, cum usura divino jure vetita sit, non posse proinde Tutorem absque gravi culpa ex Pecuniis Pupillaribus, quas mutuas dat, lucrum percipere.

Gallicani Cleri Generalis Congregatio habita Melodani ann. 1479. ponit tanquam certum, Tutoribus, ut & quibusvis aliis vetitum esse Jesu Christi verbis Lucae cap. 6. mutuum dare, nihil inde sperantes, ex mutuis Pecuniis, esto ad Pupillos sibi conceditis pertinerent, lucrum percipere (g).

Burdgalense Concilium ann. 1582. damnat usuram crimine Pupillarum Pecuniarum emolumenta, & quod ait. ex eo probat, quod juxta Divinum praecipuum mutuum gratuitum esse debet (h).

Sylvius in medium producit Concilia plura variis temporibus, & in variis Dioecibus in Belgio celebrata, in quibus ex Pecuniis Pupillaribus percepti census tanquam usurarii damnantur; subdit Auctor hic, in Articulo XII. ejusdem Synodi Cameracensis exiliter Declarationem Regis Hispaniarum, in quo damnat Tutores, qui Pupillares Pecunias saniori dant, & nullos declarat Tutores, quorum vi census percipiatur, si cum pacto repetendae sortis initii sint (i).

Non ideo sane hoc loco afferuntur ejusmodi Concilia, seu Synodi, ut eorum Decreta alibi quoque vim habere contentur; sed ut appareat, temporibus, locisque diversis unanimi sententia receptum fuisse Pupillares Pecunias saniori dare Tutoribus non licere.

VII. Ita communiter obtinuit in Ecclesia sententia haec, ut nullus occurrat magno nominis Theologus, qui eam rejiciat; si quidem certe, qui contra stant, neminem afferunt, qui scripserit Tutores Minorum suorum Pecuniam saniori dare posse.

Binsfeldus (k) ait id omnino nefas esse, ac si quae leges census hos permiserit, eas a Canonibus revocatas esse, ac parum catholice Molinam sentire, dum Leges eas, & alias quoad Minores tenet conatur.

Inter plures Theologos, qui in medium afferri possent, id quoque, qui in Morali Theologia molliores audiunt, idem tradunt; Molina (l) pronunciat, cum Minor non habet, unde vivat, penes Tutorem jus non esse, ut ei tribuat, quo subsistat, ejus pecuniae saniori danda, quia id naturalis, & divino juri repugnat, quamvis aliquando nonnullorum Imperatorum legibus permittum fuerit.

Reginaldus L. 25. num. 240. ita statuit: adverte etiam, quod si Tutor pecuniam exposuerit usuris, cum non possit aliter ea lucrari, pupillus ipse calidior acquirat saniori restituere; si noluit, aut non possit, restitutionem incumbere Tutori, tanquam cooperatori.

Baunius tria statuit in hanc rem (m): 1. cum usura semper mala sit, usupte naturalis juri contraria, consequens fieri, nunquam Tutori licere sine culpa pupillarum suorum pecuniam saniori dare. 2. Si quae Leges civiles, aut consuetudo

(h) Esti pecuniae sine Pupillarum, aut Viduarum, aut locorum piorum, mutuum enim ex praecipuo divino debet esse gratuitum.

(i) Sylvius num. 2. 2. quaest. 78. 2. Concl. 3. §. Denique. Synodus 2. Cameracensis tit. 23. & 1. Provincialis Meclinenis tit. de usur. Dioecetana Spenis sub Martino Rithovio t. 30. ac Dromarenis sub Joanne sext. t. 11. Atrebatensis sub sine, & Directorum Octavii Frangipani Episcopi Tricarientis Nuncii Apostolici datum Calionensibus tract. de usur. num. 9. Praefatos pupillares contractus damnant velut usurarios, extatque in Synodo Cameracensi diploma Regium, in usuris art. 21. reprehenduntur Tutores, qui pecunias Pupillarum dant ad lucrum, recenta facultate repetendae sortis, ac etiam ejusmodi contractus declarant esse irriti.

(k) Binsfeld. cap. super eo, de usur. quaest. 4. Leges civiles, ut recte Doctores tradunt, concedentes usuras sunt revocatae canonibus, quidquid parum Christiani in contrarium loquantur; Molinuz de commerciis quaest. 76. & alibi, qui vult etiam usuras pupillares cum carum legibus defendere.

(l) Molina t. 3. disp. 25. num. 18. de jur. & justitia. Quamvis haec de jure communi statuta fuerint; quia tamen usura jure naturali, & divino illicita sunt, nefas profecto est etiam ad Pupilli sustentationem, pecunias illius tradere ad usuram; cum onere restituendi, quod ita acquiruntur esse.

(m) Bauny 3. part. l. 1. tract. 4. cap. 10. quaest. 12. dub. 4. Dico 1. pecuniam non posse sine scelere dari a Tutore ad usuram, quia quae sunt natura prohibita, fieri haec nunquam possunt sine culpa; at est usura omnis naturae contraria. Ergo semper mala. Contra dicta obijciuntur 1. leges 1. ob famus ff. de admit. & l. pecuniam eodem de usur. pupilli quibus ambabus permittitur.

tudo permiserunt pecuniam ex Pupillarum fundorum venditione provenientem in censum conferri, & tenori dari. leges eas inultas esse, & Canonibus improbatas; consuetudinem autem, ut ex aliorum rationibus competunt fit, ad naturale damnum nihil morari debere. 3. Tutores Pupillarum suorum pecuniam tenori dantes peccati mortalis reos esse, & bona tantum fide excusari posse.

Difficile creditur est. Auctoribus, qui tantas in Morali laxitudines excogitant, nullum eorum periculum in mentem venisse, qui in Expositione sunt recessita, nullumve præterea aliud, ad excusandos Tutores, qui Minorum suorum pecunias tenori dari; quod sane firmissimo argumento est, eos non solum periculum habuisse, id minime permittitur esse, sed ne unquam quidem permitti debere.

Ex his omnibus concludi potest, si consuetudo, aut præscripta Rescriptis aliquibus confirmata potuit in nonnullis Provinciis, ut in Britannia Minor, efficere, ut quod ceteroquin malum est, & naturali, ac divino juri adversatur, liceat, & culpa vacet: illud consequens fieri, ut humana Lex in usura dispensare possit; quod ab omnibus universis Theologis rejicitur. Neque ulla propeudum amplius usura esset, si propter usum in aliqua Provincia institutum, probatumque fieri posset, ut injuria, quæ in hoc peccato occurrit, non amplius existeret. Potest quidem Deus, quin contra naturam sua faciat, bonum peculiare uni ademptum alteri tradere; idque ratione supremi dominii, quo in omnes creatas res gaudet.

Et sane hoc in sensu ajunt Auctores aliqui Deum Israelitis permisisse, ut Ægyptiorum opes, quas antequam in Desertum ire conferrent, ab isdem mutuari fuerant, asportarent; atque illud etiam iis permisisset, cum terra promissæ potius fuere, ut alienis tenerentur. Deus ita se gessit, quia utpote hominum vite, & honorum supremam Dominus potuit Ægyptiis, & Canaanæ ea bona adimere, quibus se indignos præstitit, eademque Israelitarum propria efficere. Verum exceptio hæc ad præsentem facti speciem accommodari, & ad id probandum, quod in Britannia minore quoad pecunias Pupillarum in more est, usurari non potest.

Gaudet quidem Respublica supremo dominio in subditorum suorum bona, ut in necessitate isdem utatur; necesse est igitur, ut bonum publicum id possidet. Porro nulla necessitas existit cum Tutoribus veniam tribui, ut suorum Pupillarum pecuniam dent ad usuram, quoniam in Britannia minore ad lucrum ex ea percipiendum ea rationes adhiberi possunt, quæ alibi in usu sunt. Illud quoque convenit licere aliquando Principi ob bonum publicum privatorum bona disponere; sed ea tamen in alterum transferre nequit modis naturali, & divino juri adversantibus, cuiusmodi est usura, quæ a Tutoribus in Britannia minore committi solet.

Illud firmum stat, afferere nonnullos Theologos quibusdam in locis, ut in Gallia, inductam esse consuetudinem tribuendi Pupillarum Pecunias Mercatoribus, qui pro iis lucrum mediocre solvit; verum Auctores hi, ad consuetudinem hanc probandam, non contigunt ad donationem, quam horum quæstuum facit Respublica, quod quidem gratis asseritur. Facta etiam hypothesi Britannicæ Curie Rescriptis aperte declarari Provinciam ita donare, id tamen usuram non confirmare, ut supra probatum est; atque hæc de causa Auctores, ut hanc consuetudinem in tuto ponant, supponunt contractum Societatis cum Mercatore, cui Pupillarum pecunias mutui dantur; scus enim, inquit Navarrus (a), id ab usura neque in Gallia, neque alibi purgari poterit.

Non licet ergo in Britannia minore ex Pupillari pecunia lucrum percipi prætextu supposito donationis; rursus enim si quod locum habere hic titulus in presenti facti specie, Concilia, Synodi, Regum Decreta, denique Theologi non damnantem absolute, & indiscriminatim emolumenta, quæ ex pecuniis Pupillaribus percipiuntur. Quod quidem argumento est, hanc Britannicæ consuetudinem, & hanc longam Tutorum indigenarum possessionem nihil aliud esse, quam veterem abulum, qui reformandus est, ita ut isdem cogantur eas inire rationes, quas in aliis Provinciis Tutores inveniunt, cum ipsis Minorum pecunia, quam collocant, præsto est.

mittitur pupilli pecuniam factam ex rebus ejus venalibus, aut hereditate ad se transfundere reddere per usuras quæsituosam, ac utilem. Obijciunt 2. consuetudo contraria. Respondeo, non verborum dicere leges Imperatorias, quibus usuras permittitur exercere impune in Republica, injurias esse, ac ut tales improbatas esse per Canones: dicendum ad secundum, contra jus naturale consuetudinem nihil posse, ut ex can. quæ contra diff. 9. & c. fin. de consuetudine probat Navarrus l. 5. consil. de usur. consil. 4. num. 2. Dices; rei ergo mortalis culpa sunt futuri, quicumque orbe toto pupillorum in tuto reponunt iis sub usura dando indigentibus. Respondendum, totum id verum esse, nisi habeant, quam factio suo prætaxant, bonam fidem.

(a) Navarr. in Man. cap. 17. num. 2. 57. Reginal. l. 25. tit. 3. cap. 12. num. 243. Facit, quod in multis Gallie locis audivimus, quod Pupilli more antiquo conferantur suas pecunias Mercatoribus, quo quatuor scuta pro centum in suam sustentationem lucrarentur; quæ consuetudo nullo modo defendi potest; scilicet

Quoniam porro qui Britannicam morem propugnant, ea potissimum ratione ducuntur, quod Provincia censetur Pupillis facere donationem censum, qui in eorum gratiam percipiuntur: conantur hanc suppositionem auctoritate, & exemplis ex Jure ductis firmare. Ajunt igitur 1. donationis hujus instituentem potestatem Legem gaudere, ut apparet in præscriptione, per quam certa quedam bona ex summa, quam subdito suo mutuum dedit. 3. in exemplo Generi, cui in Jure permittitur percipere lucrum dotis uxoris, donec solvatur. 4. in divisione, quæ fit inter Viros nobiles, in qua Consuetudo tribuit majori natu duos trientes honorum Patris, & Matris, & alium trientem filiis cæteris, quotquot demum fuerint.

Verum ex his quatuor exemplis firmum argumentum deduci nequit ad ostendendum consuetudinem Britannicæ minoris, aut Rescripta Curie ejusdem Provincie posse in casu puri, putique mutui ad Minorem transferre quæstus inde perceptos, ut proinde eos ipse legitime retinere possit, & quod inde consequatur, efficere potest, ut quod alibi usurarium, & in se ipso malum est, ejusmodi esse desinat in minore Britannia.

Ad objectionem primam, quæ ex præscriptione ducitur, respondetur, in eorum sententia, qui putant in conscientia foro præscriptionem locum habere non posse, rationem hanc nihil evincere: sed posita communi opinione, scilicet jus, quod præscriptionem tribuit, etiam in interiori foro justum esse: illud discriminis interest inter mutui lucrum, & alia bona, quod lucrum ex mutuo perceptum naturali, & divino juri adversatur. Jam vero nulla vetitum est, rem bona fide possessam, quamvis Lex patitur, & quamvis propria esse censetur, retineri, quamvis ad alium pertinet; immo vero vi Legum, & consuetudinis ubique gentium vigentis legitime præscripta res retineri potest; ac donatio quidem, quam præstat humana Lex, alienæ rei beneficio præscriptionis, bonam in possessore fidem supponit, postulatque, ut satis longo tempore eandem possiderit, idque in eam finem, ut impediatur, ne rerum Dominium remaneat incertum, utque tollantur litigia, quæ aliter nunquam finirentur, & familiarum tranquillitatem perpetuo turbarent. Hæc rationes, & causæ, quæ publicum bonum respiciunt, in mutuo minime occurrunt; neque enim in eo sunt ejusmodi incommoda temenda, & vitanda, ut hæc Dominii transactio facienda sit, quemadmodum in præscriptione; quandoquidem Tutores in Britannia possunt ita se gerere, ut Tutores aliis in locis, & eadem, atque illi, rationes inire, ut ex suorum Pupillarum pecunia lucrum percipiant, & se teneantur ab actione, quam eorum Minores ipsis deinde intentare vellent, in eandem pecuniam fructuosam reddere potuissent.

Præterea præscriptio ad ejus puniendam negligentiam inducta est, qui patitur alium suæ rei possessionem inire, quin eandem repetat, eamque præscribi finit culpa sua. Hoc in casu, inquit, Sanctus Thomas (b), Lex punit negligentem, & peccatum, quod tum committitur; cum quis suæ rei non satis cavet. Gratiosius eandem rationem asserit, atque, jus, quod oritur ex præscriptione, nisi Lex, quæ negligentiam punit alterius. Porro dici nequit, in mutuo, quod Pupillarum pecuniarum Tutor instituit, Rescripta Curie Britannicæ legitimam causam habere mutuatium puniendi, facta Minori donatione lucri, quod exigitur; quoniam mutuatium nullius culpe reus est: universa ejus culpa calamitas est, & necessitas, quæ premitur, mutuandi, ut suis rebus prospiciat.

Ad secundam respondetur Generum gaudere legitimo titulo percipiendi lucrum ex dote sibi promissa, & nondum soluta; illud enim ei debetur, tum ut uxorem sustentet, tum ut alia matrimonii onera perferat, quæ vir de suo perolvere non tenetur. Quomodo Innocentius III. (c) negat Generum cogendum esse in sortem referre fructus, quos percipit ex fundis sibi a Socero ad dotis securitatem oppignoratis, quoad integram summam perciperit. Dotis igitur emolumenta debentur Genero tanquam pretium, & compensatio obli-

gationis, quam contraxit alenda Conjugis, & matrimonii onera sustinendi. Ex quo fit, ut cum is titulus justus sit, nullam Generi usuram committat. Hoc autem exemplum Tutori accommodari nequit, qui Minorum suorum pecunias ad usuram dat; mutuatium enim nullum damnus asserit Tutori, Pupillarum suorum pecuniam mutuandi, quemadmodum Socer asserit Genero suo, dum promissam dotem eidem non solvit. Tutorem tenet obligatio collocandæ Minorum pecunias; cur autem non colloctur, in causa non est mutuatium; atque ita ab eo exigi nequit casus mutui, tanquam justum pretium oneris per mutuam contracti.

Ad tertium, quod de subdito, & Domino dicitur, non evincere humanam auctoritatem tribuere posse Tutori jus ad usuram dandi Pupillares Pecunias; si enim Dominus fructus fructibus sibi sibi in pignus traditi a Subdito, cui mutuam pecuniam dedit: id ex eo fit, quod ab origine contractus, quæ Dominus feudum contulit, initus est cum hac clausula, quæ de jure semper subintelligitur, nisi contrarium in Contractu fit expressum. Hæc est dispositio Juris (a), statuentis, ut hoc in casu Dominum utile cum directo conjunctum Adjunct etiam conditiones, sine quibus Dominus subditi sui Feudo legitime frui non possit. Videndi præter hæc re Pyrrhingus (b), & Auctores ab eo laudati (c).

Uno verbo non præcisè vi mutui Dominus fundi sibi in pignus traditi fructibus gaudet; sed id provenit ex natura Contractus, ex rei oppignorata ratione, & ex qualitate Domini retinentis id pignoris in compensationem servitii, quod Alia sine est Tutoris ratio; nihil ius habet in mutuatium, qui quidem nullam contractum inire, nullaque se obtrinxit obligatione cum eo, antequam mutuam acciperet; adeoque mirandum non est, si in Genero, ac Domini exemplis, Lex utrique concedat, ut oppignorata rei fructibus gaudeant, salva forte; neque hæc donatio est a Legè, Genero, aut Domino facta, sed justa compensatio, & redintegratio, quam Lex utrique debitam censet. Ad Tutores quod attinet, nullus Canonici Juris expressus textus affertur potest, quod iis liceat ex Pupillaribus pecuniis, quas mutui dederint, lucrum percipere.

Ad quartam, si vi Consuetudinum in divisione bonorum inter Viros Nobiles natu major plus accipit, quam natu minores in communis Patris hereditate, ideo fit, ne primariæ familia Provincie differant. Interest minorum natu familias servari, & splendorem suum retinere; præterea divisio bonorum inducta est jure gentium; proinde cum pro Regni bono, ac splendore visum est Principibus ejusmodi partitiones in suis ditionibus instituire, nihil contra naturalem, ac divinum Legem fecerunt; cum contra Lex ultra quæ proscripta usuram omnem, eamque, quam in Pupillarum favorem Tutores committunt, æque ac quamvis aliam. Nihil interest Republicæ, ac Mutuatarii Minoris conditionem meliorem fieri; atque ita lucrum, quod ex ejus pecunia percipitur, spectandum est tanquam fructus mutui, & tanquam usura, quam nulla Lex, aut Consuetudo legitimam reddere potest.

(a) Cap. 1. de feud. & cap. conq. de usur. (b) Pyrrhing. lib. 5. decr. l. 4. Tit. 19. de usur. (c) S. Thomas opuscul. 42. alias 73. de usur. cap. 6. & cap. 3. alias 10. 2. partis sustinet pro, & contra.

obligationis, quam contraxit alenda Conjugis, & matrimonii onera sustinendi. Ex quo fit, ut cum is titulus justus sit, nullam Generi usuram committat. Hoc autem exemplum Tutori accommodari nequit, qui Minorum suorum pecunias ad usuram dat; mutuatium enim nullum damnus asserit Tutori, Pupillarum suorum pecuniam mutuandi, quemadmodum Socer asserit Genero suo, dum promissam dotem eidem non solvit. Tutorem tenet obligatio collocandæ Minorum pecunias; cur autem non colloctur, in causa non est mutuatium; atque ita ab eo exigi nequit casus mutui, tanquam justum pretium oneris per mutuam contracti.

Ad tertium, quod de subdito, & Domino dicitur, non evincere humanam auctoritatem tribuere posse Tutori jus ad usuram dandi Pupillares Pecunias; si enim Dominus fructus fructibus sibi sibi in pignus traditi a Subdito, cui mutuam pecuniam dedit: id ex eo fit, quod ab origine contractus, quæ Dominus feudum contulit, initus est cum hac clausula, quæ de jure semper subintelligitur, nisi contrarium in Contractu fit expressum. Hæc est dispositio Juris (a), statuentis, ut hoc in casu Dominum utile cum directo conjunctum Adjunct etiam conditiones, sine quibus Dominus subditi sui Feudo legitime frui non possit. Videndi præter hæc re Pyrrhingus (b), & Auctores ab eo laudati (c).

Uno verbo non præcisè vi mutui Dominus fundi sibi in pignus traditi fructibus gaudet; sed id provenit ex natura Contractus, ex rei oppignorata ratione, & ex qualitate Domini retinentis id pignoris in compensationem servitii, quod Alia sine est Tutoris ratio; nihil ius habet in mutuatium, qui quidem nullam contractum inire, nullaque se obtrinxit obligatione cum eo, antequam mutuam acciperet; adeoque mirandum non est, si in Genero, ac Domini exemplis, Lex utrique concedat, ut oppignorata rei fructibus gaudeant, salva forte; neque hæc donatio est a Legè, Genero, aut Domino facta, sed justa compensatio, & redintegratio, quam Lex utrique debitam censet. Ad Tutores quod attinet, nullus Canonici Juris expressus textus affertur potest, quod iis liceat ex Pupillaribus pecuniis, quas mutui dederint, lucrum percipere.

Ad quartam, si vi Consuetudinum in divisione bonorum inter Viros Nobiles natu major plus accipit, quam natu minores in communis Patris hereditate, ideo fit, ne primariæ familia Provincie differant. Interest minorum natu familias servari, & splendorem suum retinere; præterea divisio bonorum inducta est jure gentium; proinde cum pro Regni bono, ac splendore visum est Principibus ejusmodi partitiones in suis ditionibus instituire, nihil contra naturalem, ac divinum Legem fecerunt; cum contra Lex ultra quæ proscripta usuram omnem, eamque, quam in Pupillarum favorem Tutores committunt, æque ac quamvis aliam. Nihil interest Republicæ, ac Mutuatarii Minoris conditionem meliorem fieri; atque ita lucrum, quod ex ejus pecunia percipitur, spectandum est tanquam fructus mutui, & tanquam usura, quam nulla Lex, aut Consuetudo legitimam reddere potest.

Fructus autem pecuniarum Pupillarum mutuatarii ducuntur esse sub-Tutores ad eandem pecuniam fructuosas reddendas a Republica instituti: etenim respondeatur existere juxta Leges Tutores honorarios, onerarios, & subrogatos; sed nihil occurrere, quod ejusmodi sub-Tutores instituat; nullus eos eligit Consanguineorum Conventus, nullum Magistratum judicium in hac qualitate confirmat. Mutuatur Minorum bonum absque alia conditione, ac ratione, quam quæ ex sua ipsorum indigentia provenit. Nova hæc est Tutorum forma, quæ aut in Jure, aut apud Jurisconsultos, aut in alicujus gravis Theologi scriptis nullum omnino fundamentum habet. Quod satis evincit eorum opinionem, qui Britannicorum Tutorum suppositam praxim timentur, minus probabilem esse.

Ad hæc esse probaturum sub-Tutorum hæc forma, non si tamen illum pecunie mutue lucrum solvere tenerentur, quia mutuando non sunt in causa, cur Tutor aliquid damni patiantur; aut emolumentum legitimum non percipiant; cum enim Tutor Minoris sui pecuniam collocare nolit nisi per mutuam Mutuatarii causa damni emergentis, nec lucri cessantis eidem Minori causa esse potest. Itaque sœnus, quod hic sub-Tutor solvit, est fructus puri, putique mutui, & quod inde consequatur, usurarius.

Ex iis omnibus, quæ hæcenus dicta sunt, illud concludi potest, Armatorum Tutorum praxim nullo legitimo titulo, nulloque Canonici Juris textu niti, nullo pariter expresso articulo Consuetudinis in Provincia obtinentis, non plus quam alicujus magni nominis Theologi auctoritate; cum potius a Theologis compluribus nominatim proscripta fuerit, five universim, ut a Nanneensi Universitate, five in multis consultationibus, quas exhibuere Doctores, qui rationes non igno-

rabant, quæ ad ejus propagationem afferbantur. Quamobrem ejus Provincie Tutores eandem praxim sectari nequeunt, quippe quæ propter probationes omnes supra declaratas tanquam usuraria spectanda, & hoc quidem titulo damnanda est; ut proinde Britannicæ minoris Tutores perinde, atque aliarum Regni Provinciarum Tutores se gerere debeant. Sane eadem incommoda, quæ in Britannia ad eam purgandam excogitantur, alibi quoque locorum occurrunt; ad iis tamen sibi Tutores cavent, iis quidem rationibus, quas leges indignant, præscribuntque.

Quod spectat ad difficultatem, quæ in eo est posita, an nempe sœnus accipi possit ex pecunia mutua ratione periculi, cui se mutans obnoxium reddit.

Respondetur aliquid lucri citra usuram accipi posse, cum mutans subit periculum, quod ponitur verum esse, amittenda sortis; ita ut si Mercatoris ex causa cui mutuam datur, navis pereat, aut Mercator per loca periculosa iter faciens spoliatur, jactura in mutuantem recidat. Securitas quippe, quæ se obstringit, a mutuo distinguitur, quia jure caret, repetenda sortis, si pereat: quo nunquam caret, dum simpliciter mutuam dat; securitatis Contractus est res pretio æstimabilis, & cujus gratia lucrum aliquod exigi potest.

Sed cum periculum non provenit ex re mutua, sed potius a mutuatario, tunc citra usuram emolumentum percipi nequit ratione periculi, quandoquidem mutuatarius semper sortem reddere tenetur; hoc enim periculum tanquam intrinsicum mutuo spectari, nec ab eo leceri debet; quæ quidem plurimum Theologorum sententia est, & inter alios Navarrus, qui *Manualis cap. 23. num. 81.* pronunciat opinionem contrariam novam esse. Eam re ipsa grave consequitur incommodum; si enim lucrum accipi potest ultra sortem ratione periculi: illud fit consequens, ut, quo periculum gravius est, eo majus emolumentum exigi possit; atque ita, quoniam majore cum periculo mutuam dat pauperibus, quam divitibus, ab illis proinde majus lucrum exigi possit, quod veritati non est consonum.

Verum quidem est eum, qui se prædem consuitur pro homine, qui pecuniam, quam mutuam accepit, dissipaturus, aut in pauperatam lapsurus prævidetur, ab eodem legitime exigere posse aliquid respondens periculo, quod subit, pro ipso solvendi; at non idem de eo, qui eidem mutuam daret, sentiendum. Facta enim hypothese cum velle mutuam dare, ejusmodi periculum a mutuo, quod dat, distinctum esse non censetur; adeoque lucrum, quod exigeretur, spectaretur ut a mutuo proveniens, ac proinde usurarium. Ex quo fit, ut mutans a mutuatario nequeat idem exigere, quod præst, scilicet aliquid emolumentum propter periculum, cui solo exponit, amittenda sortis, quia præ non tenetur subire periculum; at mutans, ex quo in mutuum consentit, mutui conditionem, & naturam sequi debet, & quod inde consequatur, jactura periculum subire tenetur.

Nititur hoc eodem principio, quod asseritur, quamvis debitum, quod tutum non est, aut non facile exigi potest, minoris emi possit: non tamen sequi eum, cuius bono contractum est, propter hæc ipsas circumstantias illum lucrum percipere posse, dum pecuniam mutuam dat, quia periculum, quod incurrit, sequitur conditionem mutui, quod sciens, & volens tribuit.

Obijciunt I. Lateranense Concilium sub Leone X. Sed in eo quidem nihil occurrat, quod Theologorum aliquid emolumentum ob periculum, cui mutans se subdit, exigi posse contententiam sententiam favet.

II. In medium producit Congregationis Decretum ab Innocentio X. firmatum quoad Millionarios Chineses die 12. Septembris ann. 1645.

Sed respondetur, Innocentium X. Pontificem, postquam Decretum illud confirmavit, atque eos, qui propter periculum, quod mutuam dando subierant, emolumenta perciperant, turbandos non esse, ad calcem addere verba hæc: *donec Sanctiæ sedis, vel Sanctiæ Sedis Apostolica aliud ordinaverit*; ex quibus apparet Decretum illud non nisi provisionis ergo editum esse; & donec Sancta Sedes aliter faxerit, illud inde tantummodo inferri licet, Pontificem ob peculiarias rationes, aut ob temporis, locorum, personarum circumstantias, & donec res accuratius expendatur, eam veniam distulisse, ut ad tempus aliquod in Chinarum Imperio vigeret eorum Theologorum opinio, qui asserunt aliquid ex mutuo lucrum percipi posse propter verum periculum, cui se mutans exponit; nec Sanctæ Sedis indulgentia, qua in hac facti specie usa est, oppositæ sententiæ rationibus, ac veritati quicquam asserit detrimenti.

Decisum hac die 27. Augusti ann. 1679.

G. Fromagenus.

PEN. (c) S. Thomas opuscul. 42. alias 73. de usur. cap. 6. & cap. 3. alias 10. 2. partis sustinet pro, & contra.

præstito servitio statuatur. Rationem hæc ceteris anteferti placuit, quod evinceret, ut ajunt, ad hominem. Canonici igitur, de quo sermo est, se pensione ex Parochia tuta conscientia gaudere per annos quatuordecim declarant, se eidem Parochie per annos quatuordecim obtinuerunt, quamvis congruam ex Canonici provencum obtineant, ne quid de patrimonialibus ejus bonis dicitur, que quidem, si quid ei ex Beneficio ad substantiam defuerit, supplere possent.

Decisum in Sorbona hac die 8. Maji an. 1701. G. Fremagean.

C A S U S II.

Ecclesiæ Regulæ quoad Pensiones,

I Qui servitio Ecclesiæ præstando impar est, cura conscientiam pensionem percipere nequit ex Beneficio, multoque minus ex eo, quod animarum curam adjunctam habeat.

Q U Æ S I T U M.

ROgantur Sorbonæ Doctores, ut decident, an Ecclesiasticus, qui nullam Ecclesiæ servitium præstitit, nullumque præstat, satis habens admodum officiantur Officium parvum B. Virginis recitare, adeoque ingenio est profusus hebeti nullaque animi dote præditus est, unde sperari possit, fore, ut eidem Ecclesiæ utiliter deserviendo aliquando par sit: possit tuta conscientia ex quovis Beneficio, sed potissimum ex Beneficio animarum curam habente, pensionem percipere?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiæ subscriptum censet, antequam questionis propositæ satisfiat, duo esse expendenda: I. Quibus de causis pensiones concedi possint? II. Quam late pateat eorum potestas, penes quos eas concedendi jus est?

Ad primum quod attinet, sciendum est, Ecclesiam non semper fundis potitam fuisse. Apostolorum temporibus sua Fideles bona vendebant, & ad eorum pedes pretium, quod inde perceperant, deferabant. Tunc quidem, & per aliquod etiam deinde tempus Ecclesiasticis in bonorum communiione vivebant ex elemosynis, que Ecclesiæ tribuebantur: eorum quippe portio unicuique pro cuiusque indigentia conferrebat. Certum porro est, eas inter illos tantum distribui consuevisse, qui Ecclesiæ operam præstarent, vel præstitissent, ex D. Pauli principio, cum scilicet, qui Altari servit, de Altari vivere debet. Nemo autem tunc in Clericorum albam referrebat, nisi qui servitio Ecclesiæ exhibendo foret idoneus. Jam Ecclesia, cum ditior evasisset, & fundos possidere coepisset, Beneficia instituit, ac Titulos, quibus Ministros suos subsistere voluit, habita servitii ratione quod iis in locis, in quibus eos collocasset, essent præstituri, noluitque illi, quod temporale est ab eo, quod est spirituale, se jungi, juxta ritum illud: Beneficium propter officium. Posterior hoc, neipie ministerium, seu functio Titulus erat, qui ad Beneficium jus afferrebat: itaque initio statim posuit Ecclesia regulam, que occurrit in Jure: Beneficia sine diminutione conferantur. Ex qua quidem regula fit, pensiones, que fructuum a Titulo sejunctorum portio sunt, odiosa esse, ac proinde cum hæud temere dubitatur, utrum satis firmo fundamentum niantur, non esse admittendas: Porro causæ omnes, ob quas pensiones conceduntur, ad duplicem Titulum redigi possunt: aut enim sunt Titulo oneroso, aut lucrativo. Onerosus Titulus nuncupatur pensio ei concessa, qui se abdicat Beneficio C. super hoc, de renuntiat, vel ea conditione, ut juri, quod habet ad Beneficium contentiosum, cedat pro bono pacis; Cap. Nisi de Prob. vel ut Beneficium alio tenore permittat. V. Cap. de quæst. de rerum permitt. Nos quidem in Gallias has tantum rationes agnovimus, que pensiones ex Titulo oneroso legitimas reddant, docente Rebuffo in practi de reservat. n. 23. & Daria de Benef. n. 3. sect. 5.

Censetur pensio lucrativa, cum ob aliquam piam, justam, que causam conferatur, exempli causa quia Ecclesiæ servitium quis exhibet, vel exhibuit. Complures Theologi post Cardinalem Toletum l. 5. c. 83. ejusmodi pensionum causas omnino ad has reducant, ut sunt: I. Cum quis Ecclesiæ spiritualem operam navavit, aut navat. II. Cum eo spectat pensionis collatio, ut fideat, contentatque Clericum se hujusmodi opere navande rationem reddere. III. Cum quidam Clerici paupertate laborant, Ecclesiæ enim bona sunt patrimonialia pauperum, inter quos lidem Clerici primas tenent. IV. Cum quis, vel ejus Majores temporalia Ecclesiæ servitia præstitit, uno verbo, nulla pensio legitima est, nisi ejus causa Canonica, & justa fuerit, eam qui aliter retinuerit, tuta conscientia retinere non potest. Hæc Theologorum communis sententia est. V. Caballutium in Praxi l. 5. c. 7. n. 4. Ad hæc, inquit, iusta requiritur causa, sine qua ii, qui obit-

non, peccant, etiam si cum iis Papa dispensaverit, ut docet Toletus l. 5. c. 83. Lessius l. 2. c. 34. dub. 38. n. 204. enque communis est Theologorum sententia, dicit Sancto Thoma 2. 2. q. 110. art. 1. ad 7. Valerius V. Pensio differt, n. idem tenet post Toletum, statuique neminem sine causa legitima pensionem tuta conscientia retinere posse: Verum tamen est, requiri, ut sua pensione ex legitima causa concessa, alius non esset tunc coram Deo, qui eas retinet, etiam cum dispensatione, & auctoritate Papa, ut tradit Tolet. in Summa l. 5. c. 83. n. 2. ubi addit causam hæc debere esse in utilitatem Ecclesiæ, cuius bona sunt. Ratio est, quia Pontifex Ecclesiæ bona pro arbitratu disponere nequit, cum non sit eorum dominus, sed purus, potiusque œconomus, ac dispensator, quem potissimum fideliem esse necesse est. Quod quidem hoc loco explicandum est.

II. Ajo, ergo, admittere, pronuntio, Pontificem, qui pensiones sere concedit, Ecclesiasticorum bonorum non absolutum quidem dominum, sed dispensatorem esse tantummodo. Ita post D. Thomam art. 1. ad 7. q. 100. 2. 2. docent Cardinales Toletus l. 2. Cardinalis Cajetanus V. Benef. n. 9. Caballutius l. 1. c. num. 7. Contolius l. 1. Respons. Moral. c. 70. Navarrus de Redditionibus Ecclesiæ, & Theologorum plerique, ut animadvertunt Diana 10. p. tract. 11. resolut. 70. Caballutius, & Lessius l. 2. c. Ex hoc principio evidenter, ac necessario consequitur, Pontificis auctoritatem non tantam esse, ut pensiones sine causa tribuere possit, ac si quas ita tribueret, eas coram Deo nullas fore: possunt et quidem in foro externo valere non autem in interno, inquit Valerius l. 7. & hæc sententia Diana l. 1. c. probabiliorum esse pronuntiat.

Secti fane sunt in hac controversia Theologi, & Canonistæ, & hi quidem in Ecclesiæ bona cumulatissimam potestatem Pape concedunt, veram inter utroque convenit, pensiones sine causa concessas illicitas esse, videlicet peccentem peccare, quia rem injustam petit. Vide Corradum, & Garciam l. 1. p. c. 5. §. 2. n. 277. ubi ex Auctorum complurium sententia pensio concessa sine causa non potest obtineri; statumque cum Diana l. 1. Pontificem teneri pensionem, quam sine causa concessam fuisse cognoverit, revocare. Et sane statim atque Ecclesiæ bona communia esse deserunt, & in distinctas portiones, quibus totidem Beneficia constituerentur, tributa sunt: non proinde divisio hæc Ecclesiasticorum bonorum naturam, obligationem, si nemque mutat; atque ita cum Ecclesiæ utilitati, Dei cultui, & pauperum solatio fuerint ab origine consecrata, debent nunce quoque temporis lidem omnino finibus inservire. Absurdum quippe foret, Ecclesiasticum bonum, quia transit ad aliam, ad illius ejus originis repugnantem converti posse: id animadvertit S. Gregorius M. l. 3. Ep. 11. ad Maximianum Episcopum Syracusanum: incongruum est, inquit, unam, eandemque substantiam Ecclesiæ duplici quodam jure conferri. Ratio hæc non minoris quoad pensiones ponderis est. Quæ Beneficium fructuum diminutio fit, ut ex iis pensio instituitur, sorundem naturam non mutat; sunt ita semper Ecclesiæ bonum, juxta ejus mentem, ac regulas impendendum; ad idem jus, ad eisdem Canones exigenda sunt hæc duo, Beneficium scilicet, & pensio. Repugnat igitur ordini, Beneficium portionem non conferri in bonum, & utilitatem Ecclesiæ; est hæc prodigalitas, ac dissipatio, que culpa non vacat. Cardinalis quidem Corradus in sua Praxi Beneficiorum l. 5. c. 2. n. 7. quamvis censat, pensiones a Pontifice sine causa conferri posse, quia ejus sententia ille omnimoda, pleneque potestatis gaudet in beneficiis, raro tamen, & admodum ægre ejusmodi pensiones in Dataria concedi solent: acramen est, inquit, quod raro, & vix D. Dacarius admittit supplicationes referentium pensioni sine aliqua causa; additque et vestigio Auctoris, quem citat, verba hæc: In foro conscientie sine causa constituta pro aliquo, quia subtrahitur elemosyna pauperum, ac Ministrorum, non potest obtineri, quia indifferens penitus sunt causæ mille malorum.

His in hunc modum constitutis, Ecclesiasticis, de quo agitur, Pontifici impossibilis videtur, & prout in Expositione traditur, ejus pensionem subreptitiam esse fit vero simillimum; nullis enim dotibus ornatus est, quibus evadit Ecclesiæ utilis, ac ne sperare quidem licet fore, ut eas ipse sibi aliquando compararet; ut verbo expeditum, nulla profus ratio proponitur, ob quam Pontifex ejusmodi gratiam ei concedere poterit, Pontifex igitur illi impositum, nec præstandum omnino est ipsi voluisse sine causa eam acceptare: Cum vix, & raro admittit supplicationes referentium pensioni, Quamobrem provisio hæc subreptitia censenda est, & tamquam nulla habenda, præstitum fit ex Beneficio fit animarum curam habente, quippe quod minus, quam quodvis aliud pensione onerandum est. Concludo ex his omnibus, eum, de quo sermo est, pensione tuta conscientia petiri non posse, præstitum Theologorum sententia, non temere statuentium, Pontificem Ecclesiasticorum bonorum non absolutum dominum esse.

Decisum hac die 9. Augusti an. 1693. G. Fremagean.

C A S U S III.

Pensio exacta sine causa ex Beneficio, quod dimittitur.

- 1 Cathedralis Ecclesiæ Decanus; cui ex Decanatu sunt annua 2500. libra, pensionis 1200. libra ab eo, cui Theofaurii Professorum, quo ipse antea fruebatur, tuta conscientia exigere nequit.
2 Tenetur reddere, quicquid ex ea pensione percipit.
3 Pontifex, cum nonnulli Dispensator Ecclesiæ bonorum sit, absque ulla legitima causa nequit id permittere, quod nactus, & divino jure prohibetur.

Q U Æ S I T U M.

ERat Joannes Cathedralis Ecclesiæ Theofaurius, que secunda ibidem dignitas est; cum ejusdem Ecclesiæ Decanus in morbum incidisset, duobus a suis amicis proposuit, ut sibi dignitatem eam compararet, illi porro, qui jam de re cogitaverant, eamque Capitulo perutilem judicabant, ob Joannis singulares dotes, ultra assensu sunt, & Decani resignationem in ejus gratiam obtinuerunt. Eodem tempore Carolo uni ex duobus amicis, de quibus modo, jam ejusdem Ecclesiæ Canonico Theofaurie resignationem Joannes obtulit, idque non sine ingenua amicitia, cujusmodi inter eos interfuert, singularibus argumentis. Bona fide putans Carolus eam dignitatem sibi a Joanne pure, simpliciterque restitit, nullam cum eo conventionem inuit, nullamque circumspeditionem adhibuit, Joannes porro 1200. librarum pensionem in Decanatu, & aliam ejusdem summe in Theofauria a Romana Curia institutam curavit. Non habuit Carolus, quod opponeret, ratus esse rationi consonum, id in ipso compensare, quod Decano solvebat; sui uterque beneficium possessionem inuit, contentendum; & post mentes aliquot ei Joannes vehementer inluit, ut beneficium simplex librarum prope sexcentarum, quod possidebat, in favorem unius ex ejus Nepotibus resignaret; Carolus initio statim nonnulli obstitit, sed vehementibus Joannis sollicitationibus tandem permotus, sed ejus nepoti, quod ille exoptabat, beneficium simplex remisit.

Decano facto functo, crediti Carolus fore, a quo Joannes mille ac decenarium librarum pensionem sibi remitteret; sed secessit eum spes pronuntians Joanne velle se eam retinere. Animadversione dignum est, Decanatus redditum bis mille quingentarum librarum esse, ac Theofaurie fere totidem, ita ut libra mille ac ducenta dimidius prope dignitatis redditus redditus sint. Præterea Carolus ex annis duobus nihil percipit, quia redditus magna ex parte non solvitur; neque id ignorat Joannes, ac probe novit, Carolo, qui, antequam Theofaurius esset, habebat annuas libras 1400. nullum in presentia redditum esse: ei tamen inuit, ut sibi in antecessum pensionem solvat; ut proinde Carolus tum Decano solveret, tum ut subsisteret multo se fore alieno obtinuerit.

Non est omitterendum, cum Carolus apud Joannem octodecim ab hinc mensibus conquestus esset, Joannem ei promississe, se pensionem nonnulli biennio retenturam; Joannes ita fore crediti, eam fide, se toleraturum, ac soluturum promissis; biennium elapsum est, sed Joannes promissis non stat, atque se promissis pensionis partem tantummodo se remissurum, quodque offert, est adeo tenue, ut ne acceptandum quidem esse videatur.

In hac facti specie Joannis Confessarius ex Consilio querit? I. An Joannes abusus conscientia Caroli, a quo Patris loco habebatur, tum in pensionis institutione, tum in vi, quam ei inuit, ut beneficium simpliciter resignationem ad ipso extorqueret; non teneatur sub mortalis peccati pena pensionem eidem remittere, cum Carolus eo cum onere nec Theofauri dignitatem accepturum, multoque minus beneficium simplex resignaturus fuerit?

II. An Joannes ipse possit tuta conscientia pensionem percipere, que longe Beneficium trientem excedit; queque pro redditus ratione, quicquid est in aperto maximo positum, secum trahit, dum nihil in bonis remanet Carolo, obstricto residentie lege, gravatissime impensis obnoxio, ut congrua subsistat?

III. Joannes ex eo se purgare contendit, quod multo ære alieno prematur, sed illud quidem vel ob proprios, eorumque immodosos sumptus, vel ob familie negotia contraxit; queritur, an ille ita se satis in tuto ponat?

IV. An, si forte Joannes ad proventus trientem, scilicet ad 500. libras pensionem redegerit, non teneatur id restituere, quod per annos duos ac dimidium ultra percipit?

V. An Joannes 1500. librarum annuum redditum possidens, & ex eo perquam honorifice vivens ab annis triginta, pensionem vel ad trientem redactam retinere possit, ex alieno beneficio percipiendam, Theologorum pensiones hæc

Lames Tom. II.

injustas declarantium rationes factive vitium non habent, ut ei absolutio denegetur? Ejusmodi conscientiam in tuto ponit Pontifici dispensatio? Optandum sane foret, ut Sorbonæ Doctores firmam, solidamque super hæc questione decisionem proponerent, quippe cum ejusmodi pensiones sint abusus in Ecclesiæ longe gravissimus.

VI. Queritur etiam in Caroli gratiam, an ipse tuta conscientia eam pensionem solvere possit, atque an non debeat, quantum quidem ratio patitur, eniti, ut a Joanne pensionis remissionem, vel diminutionem extorquet?

Est in votis, ut decisio Doctorum utrum subscriptione firmetur.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientiæ subscriptum censet, antequam pensionis, de qua Carolus in proposito facti specie conquiretur, difficultas ad trutinam revocetur, animadvertitur oportere.

I. Petitionem Decanatus Ecclesiæ Cathedralis, de quo queritur, per amicos duos a Joanne propositam probari non posse; docente enim D. Thoma 2. 2. q. 100. art. 3. Beneficium, cui animarum cura conjuncta fit, sibi petere nemo potest: si vero aliquis pro se roget, ut obtineat Curam animarum, ex ipsa presumptione reddatur indignus. Licite tamen potest aliquis, si sit indigus, pro se beneficium Ecclesiasticum petere sine cura animarum. Et sane ut monet Sylvius in hunc D. Thomæ locum, census, l. 4. licet quidem in quibusdam casibus se sistere, ut beneficium cum animarum cura obtineatur, illudve petere, ea lege, ut eorum, ad quos spectat ejus collatio, iudicium, vel examen subeatur; sed regulariter loquendo, si quis sibi illud absolute petat, presumptionis reus est, quia cum, ceteris quibusque posthabitis, animarum cura sint dignioribus conferenda, fere præsumit, ac proinde peccat Clericus, qui semetipsum dignioribus crediderit; porro non est dubium, qui Decanatus, quem Joannes petit, vel per amicos petendum curavit, beneficium cum animarum cura sit; ut proinde in hoc negotio ab ambitione, vel avaritia excusari non possit.

II. Adesset Simonia, si Carolus Decanatum pro Joanne petisset, ea mente, ut Theofauri dignitatem consequeretur, & Joannes ipse in hanc intentionem descendisset, eamque, dum Decanatum petendum curaret, nonnulli significasset; existeret quippe hoc in casu conventio expressa, vel saltem tacita, que in se Beneficaria semper est simonica, ut ex capite quæst. de rer. penon. licet intelligi. Nec Carolus ipse vacaret simonia, si Canonatum in Joannis manum, simplex autem beneficium in ejus nepotis favorem dimisisset, eo animo, ut pensionis, quam ex Theofauria Joanni solveret, remissionem extorqueret, quia pensionis extinguitio, vel redemptio, que privata auctoritate fit, est simonica; pensio nimirum est onus pretio æstimabile, ac proinde aliquid temporale.

III. Si Joannes peti a Carolo, vel eidem inuit, ut beneficium simplex nepoti suo resignaret, ita ut ejusmodi beneficium esset Theofauria, quam eidem conulerat, compensatio: Carolus autem ea de re convenit, idemque consilium amplexus est, nova exitit simonia, non solum ob conventionem, sed etiam quia accepti officii compensatio censetur in hac facti specie aliquid temporale; atque ita Carolus rem spiritalem pro temporali deside censeretur, & Joannes eam acceptasset, in quo adesset simonia.

Joannes, & Carolus debent super his omnibus articulis ad examen accedere; si enim utriusque exitit simonia, Juris pœnas in Simoniacos illicitas ambo subiere, & quod inde consequitur, curare debent, ut suis beneficiis iterum habiles declarentur; quamvis autem materialis tantum simonia locum habeat in nepote, qui universum hoc commercium profus ignotum fuisse supponitur, debet tamen & ipse in eundem finem sibi prospicere.

Quod spectat ad 1200. librarum pensionem, quam Carolus Joanni solvit, ob Theofauri dignitatem; ut appareat, an Joannes ea legitime, gaudeat, necne; regulæ plures, que in hoc negotio firmæ, & constantes videntur, pro certis habende sunt.

Prima est; Pensiones odiosas esse, & Canonibus repugnare, si in se ipsis spectentur; quia ut creentur, dividitur beneficium, ejus fructuum parte in eum collata, qui ei non deseruit, contra eam Juris regulam: Beneficia sine diminutione conferantur. Præterea hoc pacto impediuntur Beneficiorum quominus propriis Ecclesiis, & pauperibus afferantur boni, quod iis ceteroquin afferre possent.

Altera est: Non potest ex Beneficio pensionem percipere, qui aliud ad congruam sustentationem sufficiens possidet; alter pensiones accumularentur, & ea fere omnia contraherentur incommoda, que Ecclesiæ vitare voluit, cum beneficiorum pluralitatem prohibuit. Et sane si licet pensiones plures possideri, quamvis ex uno beneficio satis vitam sustentat; Clericis autem præbatur confanguineos ex Ecclesiæ bonis locupletandi, faciendique sumptus immodicos, propriis que status moderationi contrarios; nec raro aliis in Ecclesiæ utiliter laborantibus admittit beneficiorum melior, certior, que

M 2

que ventus, quin iis relinquatur, quo honeste vivant, suorumque beneficiorum oneribus satisfiant: ejusmodi mala antevertere voluit Ecclesia, dum Tridentina Synodus Sess. 24. c. 17. de Reform. vetuit, ne plura simul beneficia possiderentur. His porro pensionibus citra omnem legitimam causam admittis, eludi Decretum hoc, & inutile reddi videtur; parum enim Ecclesie restat, utrum ex beneficiorum pluralitate, an vero ex pensionibus in utroque casu incommoda ea mala proveniant, siquidem de causa Carolus IX. Galliarum Rex, ejusque Oratores ipsius nomine, cum Tridentina Synodi Patres essent, ut beneficiorum pluralitatem interdicerent, petierunt etiam, ut amplius pensiones beneficiorum imponerentur, & jam imposte tollerentur: Ne pensiones super beneficiis conferantur, & constituta tollantur; est hic articulus 25. ex iis, quos Gallie nomine Oratores Concilio obtulerunt, ut memorie proditum est a Fra-Paolo Historia sua l. 7. pag. 528.

Tertia est: sine legitima causa pensio obtineri omnino non potest; si enim pensio Juris repugnat, ut supra ostensum est, ea non licet citra dispensationem frui; quevis autem dispensatio legitimam causam supponit, adeoque si Cardinalis Toletus fides l. 5. c. 83. n. 3. Pontificis dispensatio Clericum in salutis securitate non ponit, si citra causam legitimam pensio gaudeat; porro Ecclesie bonum, vel utilitas hac legitima causa est: Qui pensiones retinet: etiam cum dispensatione, si non alibi causa legitima, securi non sunt, inquit hic magni nominis Cardinalis, nec excusantur, quia Papa dedit, & ipsorum est considerare, quomodo dederit.

Quarta; Ex D. Thoma 2. 2. q. 100. art. 1. ad 7. potest Ecclesia bona Pontifex distribuere, ut eorum Dispensator primarius, non autem titulo Dominii, vel perinde ac si ea tanquam propria possideret: Quomodo enim, inquit, res Ecclesie sint ejus, ut principalis Dispensatoris, non tamen sunt ejus, ut Domini, & Possessoris; ut proinde cum Papa dicitur in Ecclesia bona plena & libera potestate pollere, id ita accipiendum sit, teste Soto l. 3. c. 6. art. 2. circa finem, & per. ut ille neminem unum in terris Superiorem agnoscit, qui sibi eorum distribuendum jus adimere possit, vel imminuere, non autem ita, ut eorumdem absolutus Dominus ipse sit. Per se ergo, quo pertinet Pontifici potestate plebano; certe non ut Dominus sit, sed ut liberam habeat dispositionem: quod ad liberam, hoc tantum significat, quod nullum agnoscit in terris Superiorem. Si autem pro libito non potest, se d. tenetur ratione dispensare, non est Dominus. AZORius 2. 2. c. 12. q. 7. Sanchez l. 7. c. 29. n. 96. Moral. alique complures idem vocabulum clarius explicant, dum pronuntiant, bona Ecclesiastica libere a Summo Pontifice disponi posse, quia Legibus, aut Canonibus, beneficiorum sine diminutione conferenda mandantibus minime subditur; bene vero subditur naturalis, seu divino Juri, quo tanquam beneficiorum dispensator, eorum bona legitime cogitur administrare: Responsio negari non posse, inquit AZORius, quia Papa liberam habeat beneficiorum administrationem, hoc est Canonibus, ac legibus minime adstrictus, qualem habent ceteri omnes Ecclesiarum Antistites; nihilominus tamen habet eam juri naturali, vel divinis legibus obligatam.

Quinta est: Quamvis, ut communis opinio fert, illicita pensio sit, quod licet legitimo titulo nititur, ut ex Sanchez loco appellato licet intelligi, eam tamen Theologi bene multi validam putant. Verum si contrariis sententia rationes intimitas expendi lubet, conveniat necesse est, eam probabiliter magis, adeoque tutiorem esse. Et sane si Pontifex ut pro certo ponitur, Ecclesie bonorum Dispensator est, Dominus omnino non est; consequens fit, pensionem, quam ille sine legitima causa concesserit, in interiori foro nullam esse, quamvis ad exterius forum quod attinet, nulla in eum actio suppetat, cui eandem Papa concessit; ex quo proinde conclusi potest, eam retineri non posse, & quicquid inde perceptum fuerit, restitui oportere. Præter Toletum, cujus supra allata verba sunt, Valerius hanc sententiam amplectitur V. pensio, differentia 2. Verum est tamen, inquit, requirit, ut sine causa legitima concessa, aliam non est tunc coram Deo, qui ea retinet citra eam dispensationem, & auctoritate Papæ, ut tradit Toletus, ubi addit, causam hanc debere essentialitatem Ecclesie, cujus sine bona, si enim, inquit, nulla via in Ecclesia hujus, vel antecessoris, utilitatem tendat, non est causa legitima: quod est summa nebulositas, in foro conscientia non est tamen, si sine legitima causa prædictam resignationem, & pensionem obtinuit V. Vanspen in tractatu de pensionibus, sequitur doctrinam hanc ostenditque præterea Clericos pensionibus ex Beneficiis gaudentes tuta conscientia non esse, ac restituere debere. Theophilus Rainaud, qui Concissa severior non audit, tom. 12. Missell. l. 1. Sect. 2. c. 1. n. 11. pag. 59. de bonis Ecclesie Auctores bene multos idipsum sentientes in medium adducit, atque ita statuit: Igitur ritulatum, ob quem passio imponitur, est beneficium venacitatis, que si sola sit, non est causa idonea pensionis imponenda. Et rationem affert in hæc verba: quia beneficiarius post renunciationem nihil juris habet ad minorem partem fructuum beneficij, quod dimittit; per ipsam vero

renunciationem nullum jus ad fructus acquirit: tenetur enim vel vite ministrare, ut fructibus potiaris, vel si cedere beneficio vult, tenetur gratis cedere, nisi aliquem ritulatum alleget, quo possit portionem fructuum retinere. Auctores hi omnes ratiocinantur, ex nix principio, Pontificem honorum Ecclesie Dispositionem tantummodo, non Dominum esse.

His ergo fundamentis loco positis, facilis statui potest, quod de pensione librarum 1200. quam Joannes thesaurarius dignitate Carolo resignata percipit, sciendum sit. Respondetur ergo, esse quicquid librarum inter, & Carolum intercessit, ab omni defectu liberum esset, seu quoad Decanatus resignationem Joanni impetratam, seu quoad Canonice, & Beneficij simplicis dimissionem, quam, ut Joanni vehementer urgenti gratum faceret, Carolus præstitit, seu quoad thesaurarii dignitatem Carolo a Joanne resignatam: legitimum tamen titulum nullum occurrere, quomobrem Joannes ex ararii Præfectura ejusmodi pensionem percipiat. Vel enim omnino, ac præcisè ex resignatione in Carolum gratiam facta id juris sibi advenire contendit, vel quod ex Decanatu, qui quidem annis 2500. libris constat, non satis ad honeste vivendum habeat. Atque folia beneficij resignatio non sufficiens titulus est, ut pensio obtineatur, quemadmodum supra probatum est, sed ad Ecclesie bonum pensio tendit necesse est: si enim ad pensiones exigendas resignatio sufficeret, tot pensiones percipi possent, quod beneficia suppetere resignanda, quod admittendum non est. Porro tantum abest, ut 2500. librarum ad congruam Joannis sustentationem, satis non sit, ut potius satis superque esse vel ex expositione innotescat. Denique 1200. librarum redditus, quem in antecessum a Carolo Joannes exigit, impedimento est, quominus ille beneficii onera perferat, & cum dignitate vivat.

Si re alieno Joannes premitur, neque illud ob beneficium, vel ob Ecclesie negotia contraxit; tenetur id solvere ex iis, que ex quotidiano sumptu decerpit, frugaliter vitam instituens; sed beneficiorum, que abdicavit, impensis id præstare non potest: neque enim ea Fidelibus data sunt, ut in negotiis ad Ecclesiam minime pertinentibus infunderentur; id Joannes in mentem revocet necesse est, quod Concilium Aquiligranense an. 816. habuit. c. 16. declaravit his verbis: Res Ecclesie, ut a sanctis Patribus traditur, vana sunt solium, pro peccatorum, parimonia pauperum; & fideles namque sibi oratores, & Christi amore successi, ob animarum suarum remedium, & castis parie desiderium, suis propriis facultatibus sanctam luculentem fecerunt Ecclesiam, ut hi Milites Christi advenirent, & Ecclesie exornarentur, pauperes recrearentur, & capiti pro tempore opportunitate redimerentur.

Ex hæcenus dictis sequitur, cum in expositione nullum legitimum fundamentum occurrat, quo 1200. librarum pensio, quam ex resignata thesaurarii custodia Joannes percipit, solvendi possit, omnino necesse esse, ut eam ipse Carolo remittat, eidemque restituat, quicquid inde percipit, nisi, ut a restitutione eximatur, supponi placeat, eum bona fide fecisse, nec ditiores inde evasisse. Quod si Joannes, cum a Confessario monitus fuerit, officium hoc, quod quidem iustitiam postulat, Carolo solvebat detrectaverit; tum vero Confessarius ipse est ad Penitentia Sacramentum accedenti absolutionem denegare merito potest.

Decisum hac die 28. Decembris an. 1700. G. Fromageau.

C A S U S I V.

Pensio modum excedens.

I Nonnullorum Auctorum judicio citra simoniam institui nequit stipulatio pensionis, qua fructuum beneficij tertiam partem excedat.

2 Ad trientem ea redigenda est.

Q U Æ S I T U M.

Permutavit Titius Canonatum librarum mille cum Caj. a quo Capellam 80. librarum, & 400. pensionis libras vicissim recipit. In hac facti specie queritur, an Titius iniustitiam non committat, pensionem, que Canonatus tertiam partem excedit, accipiens, contra ea mandavit Pontifex, qui ejusmodi pensionem concessit ea tantum clausula: modo non excedat tertiam partem fructuum &c. quidque Titio, & Caj. faciendum sit, ut suam ipsorum conscientiam in tuto ponant?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum putat, si ea ratione spectetur pensio, qua stipulata fuit, ac jure summo de ea judicetur, conventionem simoniacam esse, ex quo sequitur, simoniam a partibus committam fuisse, que eas penes omnibus in Jure contra Simoniacos inflictiis obnoxias reddidit. Titius enim, & Caj. probe noverunt pensionem eam esse, ut Præben-

de fructuum tertiam partem excederet; Pontifex porro ea tantum conditione pensionem admittit, ut trientem non superaret. Excedens igitur, quod Titius, & Caj. stipulati sunt, eorum peculiarium auctoritate nititur, abque Pontificis approbatione: est enim perinde, ac si inter eos, quin Romanam mitterent, conventum esset, ut Cajus Titio certam quantitatem summam solveret, id autem esset simoniacum.

Edictum quoque Ludovici XIII. an. 1637. art. 18. declarat pensiones, que tertiam partem fuerint prætergressæ, nullas, abasivas, & simoniacas; quomobrem nonnulli Doctores in proposita facti specie simoniam detegunt.

In hanc quidem sententiam descendit Augustinus de Lamar; sed alii sunt, qui contendunt id simonia profus vacare, immodicæ pensionis, de qua inter partes convenit, & Catulum non vitari; Canonice provisionem ratam, & Canonice esse, sed pensionem ad tertiam partem esse redigendam. Ex eo autem firmari potest sententia hæc quod in foro externo pensiones ultra partem tertiam ut simoniacæ non spectantur, sed solum ut in ordinem redigantur. Moderationem hæc attulit Magnum Consilium Rescripto an. 1638. articulo 18. Edicti laudati, cum eas agnoscens addidit verba hæc: quin pensiones tertiam partem excedentes pro nullis habeantur, vel tanquam simoniacæ &c. Consili potest Brodeus in suis annotationibus in Louet V. Pensiones §. 30. num. 12. Quocirca in casu proposito, quamvis certum sit, Cajum, pensionem ultra tertiam partem sollicitum contra regulas peccavisse, non proinde tamen absolvendum est, in ulam irregularitatem non incidisse; quoniam in foro externo, atque ita ejusmodi pensiones simoniacæ non censentur, nec tanquam nullæ spectantur; standum tamen est priori sententia, & Cajus a Romana Curia redintegrationem petere debet.

Decisum hac die 3. Octobris an. 1695. G. Fromageau.

C A S U S V.

Pensio super Beneficio in alium translato.

- 1 Odiosa est in Beneficij materia pensionum translatio, nec in Gallia permittitur.
- 2 Resignans Resignatarium suum adigens ad solvendas instituta pensionis impensis, simonia reus est.
- 3 Simoniacum est etiam pensionis solutionem ante tempus, & urbanam ejusmodi pensionis cautionem a Resignato postulare.
- 4 Universum negotium hoc Pontifici, qui simoniam admittat, exponendum est.

Q U Æ S I T U M.

Titius est Titularis Capella in Ecclesia Collegiata Diocesis P. Capella hæc, que residentiam non requirit, onerata est 100. librarum pensione Petro Titii fratri solvenda: Titius nunc temporis eam Joanni resignare vult, his omnino conditionibus:

I. Ut Joannes Titio solvat 20. pensionis libras ultra 100. libras, quibus Capella Petro onerata est; ac si Petrus ante Titium et vita excesserit, Joannes Titio solvat 100. libras præter 20. non sine Pontificis approbatione.

II. Ut Joannes Titio pensionis creationem de suo conficiat, quin Titius quicquam expendat.

III. Ut Joannes pensionem solvat ante tempus, & fidejussorem ex Urbe det ad pensionis securitatem. Qua in re Queritur, I. Hæcne in Titii favorem pensionis translatio canonice sit post Petri mortem? Ita esse videtur, si Papa consensit, quia totalis 120. librarum summa dimidium fructuum Capellæ non excedit; in Romana porro Curia pensiones ad preventuum dimidium super Beneficiis simplicibus conceduntur.

II. An Joannes cogi possit create pensionis litteras Titio propriis sumptibus obtinere: ac si id fieri possit, an requiritur Papæ consensus?

III. An Joannes se anno primo pensionis solutionem anticipaturo promittere tuta conscientia possit?

IV. An ad urbana cautionis institutionem Pontificis consensu opus sit?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum, ut quatuor prepositis questionibus satisfaciatur, existimat

P O E N I T E N T I A.

(CONFESSARIUS.)
Vide (CONFESSIO.)
(ABSOLUTIO.)

Primo pensionis ab uno ad aliam translationem Cardinalis Corradi sententia l. 5. c. 6. num. 4. & 7. præ. benef. odiosam rem esse, qui eo tendit, ut perpetuum in servitutum redigantur Beneficia, que ex institutione libera esse, & sine diminutione conferri debent; hæc adde, hoc pacto hereditariam veluti successorem in Beneficiis induci, quod Ecclesie menti repugnat.

Quomobrem in Gallis pensionum translationes non admittuntur, juxta sententiam Cabassuti l. 2. c. 14. n. 10. in præf. Rebuffi, & Fevret de abusu l. 2. c. 5. n. 35. Ex quo fit, ut Titius petere non debeat ejusmodi translationem, que (ut concederetur) effectum suum fortiori non potest, quoniam Resignatarius semper eam poterit abrogandam curare, tanquam nostris moribus repugnantem.

II. Titio jus non competit a Joanne petendi, ut pensionis librarum viginti, quam Capella novam imponere vult, creationem ipse solvat, quia cum ea pensio in Titii favorem sit, debet ille ejus expensis subesse, ac si qua Titium inter, & Joannem hæc in re institueretur conventio, simoniacæ foret.

III. Simoniacum est, de pensionis ex Beneficio anticipanda solutione conveniri; quia ita Joannes eraderet rem temporalem, scilicet annuum pensionis redditum, quem non nisi sub anni finem debet, pro Titii Capella, que spiritualis res est.

IV. Joannis ad urbanam cautionem exhibendam adigi nequit; & adesse simonia, si Joannem inter, ac Titium de hac obligatione, tanquam de conditione, sine qua Titius non resignasset, ageretur. Omnino conditiones hæc omnes in Supplicatione Pontifici oblata exprimende forent, ut a Simonia purgarentur, nihilque esset, quod recto ordini adversaretur.

Decisum in Sorbona hac die 25. Maji an. 1694. G. Fromageau, J. Du Rieu.

C A S U S VI.

Pensiones, que ab Episcopis institui possunt.

Cum Pontifices in Parochiis pensiones admittere vult, Episcopi economica potestate, naturali æquitate, & Ecclesie bonis Parochos, quia non amplius laborare vult, adhibentes pensionibus donare possunt.

Q U Æ S I T U M.

Sermo est de Episcopo J. in cujus Diocesi, Parochi non pauci sunt infirmi, diutius deserviendo imares, nec habentes, unde subsistant. Queritur, an Pontifex pensiones ex Beneficiis non amplius concedente possit Episcopos eas instituire in eorum favorem, de quibus modo, siquidem illi renuntiationem exhibeant?

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientie subscriptum putat ejusmodi pensiones institui posse non jam ex conventionis partium, quod esset simoniacum, sed Episcopi auctoritate, cui quidem tanquam prudenti, ac bono Patrifamilias competit congruo loco ad familie sue utilitatem domesticorum suorum quemque statueret, ac singularum subsiditatis consulere.

Non esset hæc pensio ex genere Clericalium, que fere conferuntur in eos, qui ea conditione Beneficio renuntiant, & quarum obligatio ad successores transit. Esset id alimentarium subsidium, quod Episcopus economica quadam facultate largiretur in ejus favorem Presbyteri, qui non amplius labori par esset, nec alioquin, quo viveret, haberet.

Si Episcopus ea potestate caret, Parochi bene multi in officio, cui obundo inepti forent, relinquendi essent, quod cum Diocese bono paguaret. Quare si Pontifex Reformationes, quoad Parochialium pensionum prohibitionem, de ejusmodi pensionibus intelligeretur, pronuntiarum possent, eas, ne dum ad Ecclesie adificationem tenderent, ejus destructioni inferire, bonumque impedire; quod dubio procul maxime opponitur intentioni Pontificum, qui omnium Superiorum diligentissime Ecclesie, cui præstant, utilitati tenentur invigilare. Videndus Sylvius 2. 2. q. 100. art. 4. conclus. 4. qui huic sententia se adherere significat.